



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 113. Remolini Cardinalis obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

s̄ecul. XVI. pari auctoritatis amplitudine eundem  
A. C. 1519. Campegio adjunxit, „Notum est nobis,  
 „ (inquit Pontifex in epistola ad Volseum  
 „ directa) quantum apud Regem valeas,  
 „ tuoque arbitrio relictum esse, illum  
 „ aut nobis propitium, aut adversum  
 „ reddere. „ Jamjam Campegius Bononiam in Picardia venerat, nilque proprius erat, quam ut mare trajiceret: nihilominus Volsei artibus tamdiu ibidem hærere compellebatur, donec Pontificis responsum in Angliam deferretur, quo accepto Volseus confestim Campegio nunciavit, ut consensa navi iter acceleraret. Ergo Londinum appulsus, die vigesima nona Julii urbem ingressus est, cumque Campegii apparatus parum magnificus esset, Volseus eidem duodecim mulos pretiose ornatos obviam misit. Posthæc proferebatur quædam Leonis X. Bulla, qua indulgentiæ concedebantur omnibus illis, qui horum Legatorum alterutri sacrum præsente Rege atque Regina facienti interessent, aut saltē contriti ac confessi ab eis sacram benedictionem reciperent.

### §. CXIII.

*Remolini Cardinalis obitus.*

Ciacon. in  
 Alex. VI.  
 p. 202.

Hoc anno die quinta Februarii, quæ erat feria sexta Romæ obiit Francis-

cus

cus Remolinus, Ilerdæ in Catalonia na- <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
tus ex Patre infimæ plebis Viro, & Ma- <sup>A. C. 1519.</sup>  
tre Carcassonensi in Occidania. Is Ju-  
risprudentiæ operam dabat Pisæ, matri- <sup>Guicci. l. 5.  
Aubery hist.</sup>  
monii nexu vincitus, uxore autem ejus <sup>Card.</sup>  
fæse Religioso instituto devoente, & ipse  
Arragoniæ Regis ad Romanum Ponti-  
ficem Oratoris munere functus, sacræ  
militiæ nomen dedit, atque Archipres-  
byteratum Mazzariensem obtinuit. Ro-  
mæ postea Cæsari Borgiæ adhærens,  
mox Auditor Rotæ, postmodum Episco-  
pus Surrentinus, Panormitanus, tractu-  
que temporis Firmanus, Perusinus, &  
Ilerdensis Antistes in Patria sua renun-  
ciatus est. Præfuit etiam Panormi Ar-  
chiepiscopali Ecclesiæ, demum vero Nea-  
politanus Prorex salutatus, cum Ray-  
mundus Cardona deposito hoc munere  
Ravennam profectus esset. Adfuit tri-  
bus comitiis, in quibus electi fuere Ro-  
mani Pontifices, Pius III. Julius II., &  
Leo X; idem quoque cum ceteris nomi-  
natus est, ut Hieronymum Savonarolam,  
instructis judicii actis, de more a cle-  
ricali militia amoveret, ac in laboris præ-  
mium die trigesima prima Maji Anno  
salutis millesimo quingentesimo tertio  
in tertia Cardinalium creatione ab Ale-  
jandro VI. purpura decoratus est: Ubi  
vero cum Julio II. in contentionem ve-  
nit,

**S**ecul. XVI. nit, ad evitandam illius iram Neapolim  
**A.C. 1519.** se contulit, a Leone tamen revocatus e-  
 tiam constitutus est Judex cum aliis in  
 caussa eorum, qui in Pontificis vitam  
 conspirabant. Multos post obitum ejus  
 annos, cum reseratum fuisset illius se-  
 pulchrum, repertus est capiti supposuisse  
 brachium, quare suspicioni datus est lo-  
 cus, deliquium animi duntaxat passum,  
 haud vero penitus mortuum sepulturæ  
 fuisse illatum.

### §. CXIV.

#### *Cardinalis Bendinelli extrema.*

*Ciacon. in  
Julio II.  
p. 298.  
Foglieta in  
elog. clar.  
Vir.*

**D**ie vigesima quarta, sive vigesima quin-  
 ta Martii eodem anno humanis re-  
 bus ereptus est Bendinellus Saulius i-  
 tidem Cardinalis. Is patria Genuensis  
 ex nobilissima, & perantiqua Sauliorum  
 familia natus, a Julio II. primo Diaconus,  
 demum Presbyter Cardinalis creatus est,  
 cui etiam summo Pontifici gratissimus  
 fuit, imo ab ipso Leone X, ejus successo-  
 re ob præclara ejus merita inter fami-  
 liarissimos habebatur. Viros literatos  
 summopere coluit, ac muneribus, stipen-  
 diisque auxit, quos inter præcipuos ha-  
 buit Joannem Mariam Cataneum, & Pau-  
 lum Jovium. Ast cum fortuna atque  
 virtus in Bendinello indies magis ornau-  
 do